189

clxxxxij. ¶ De oībꝫ sanctis Sermo primꝰ

Fecit deus duo lumiaria magna luminare maius et lumīare minus et stellas. Gene. ij. ¶ A ¶ Finis tocius humane vite est beatitudo. et qz finis dirigit ī agibilibꝫ sicut prīcipia in speculabilibꝫ. jdeo cuilibet homini vt puta ordinato ad finem necessaria est p̄cognicō huiꝰ finis. alias ipm non appeteret. nec intense desideraret. Quia secundū Augustinum. Jnuisa possumus diligere incognita nequaq̄. q̄ndiu sumus in hoc mortali corpe illam celestē beatitudinē quam possident sancti in celo empyreo non possumus ad plenum cernere. qz sicut scribitur Sap. xiiij. Corpus qd corrumpitur aggrauat animam et deprimit sensum. jdeo dn̄s jbecillitati nr̄i intellectꝰ volens cōdescēdere in celo inferiori sydereo. velut in pgameno quodam p maximo et extēso. scdm illud ps. Extendēs celū sicut pellē descripsit eaz artificō mirabili ꝛ depinxit. Unde secūduz Greg. Ex his q̄ nouit aīmus surgat ad incognita que non nouit et exemplo visibiliū ad inuisibilia se extendat. Et hoc est qd dicit glosa q̄dam sup Gen. Voluit deus in nostro orbe. i. sensibili silitudinem celestis patrie hr̄e. Et inde est q verba primo pposita. de principio Gen. sumpta. Licz secūduz sensum historicum intelligantur de sideribꝫ quinte eēncie. Scdm vero sensum tropologicum de viribꝫ et potēcijs aīe. Scdm vero allegoricum de p̄latis et mistris ecclesie Scdm tn̄ sensum anagogicum de ciuibꝫ celestis patrie non incōgrue intelliguntur. qm̄ sicut celū sidereū ornatum est stellis materialibꝫ. ita celū empyreū insignitum est beatis spiritibus. vt possit de vtºqz exponi illud. Eccl. xliij. Spēs celi glīa stellaꝝ mundum illuminans in excelsis deꝰ. Scdm hoc ergo in verbis ppositis anagogice intellectus describit² nobis vel q̄si depingitur dispositio et glīa tocius celestis curie q̄ntum ad tria. Primo q̄ntum ad gradū differētez quo distinguūtur. Scdo q̄ntum ad statum eminentem quo p̄ferūtur. Tercō q̄ntuz ad fructū cōseq̄ntē. quē nobis largiūtur. Primū notat² in differēti lumīarium nūcupacione. qz lumīaris maioris et mīoris et cōis. Vn̄ apl's ad Chorin. xv. Differt inquit stella a stella in claritate. quia alia claritas solis. alia stellarum. alia lune. et sic resurrectio mortuorꝫ. ¶ Scdm notatur in stabili seu firma collocacōne. qz posuit ipse scz qui cōdidit in firmamēto celi. vn̄ nō potuerūt cadere sicut ille Lucifer et angeli eius de quo dicit² ps. lxxxx. Quomodo de celo cecidisti Lucifer qui mane oriebaris. Tercium notatur in p̄dictoꝝ lumīarium finali ordinacōe. qz vt lucerēt sup terram et p̄essent diei ac nocti et diuiderēt lucem a tenebris Quia enim pp̄ter electos facta sunt scdm Apl'm. i. ad vtilitatem nr̄az ordīata et vsū. ¶ Primo igit² describitur nobis dispō ꝛ gloria tociuz ecclesie curie celestis q̄ntum ad gradū differentem sub differēcia triplicis lumīaris. cum dicit². lumīare maiꝰ ꝛ luminare minꝰ ꝛ stellas. Jn quibus gradus celestis curie iuxta silitudinem eoꝝ que in hūanis hic inueniūtur designat². Quorum primꝰ et supremꝰ est regis p̄sidētis. s. xpristi homīs. Quem gradum describit sub methaphora luminaris maioris. s. solis luminare inquit maius. Scdo et medius est regine cōsedētis. s. beate virginis. quē gradum describit sub methaphora luminaris mīoris. i. lune lumīare minus. Terciꝰ est milicie obsequentis. i. tociꝰ residue celestis societatis quem gradū describit sub methaphora cōmunis. id est stellarum. vn̄ dicit. et stellas. C ¶ Quantū ad primū nota q xp̄s cōpatur lumini maiori. id est soli pp̄ter tria. Primo racōne singularis excellentie qua eminet cūctis celi sideribꝫ. Scdo rōne vniuersalis influēcie. qua presidet cūctis istis inferioribus. Tercō racōne figuralis intelligentie. qua refulget ministerijs. Primo dico q xpristus cōpatur soli materiali racione singularis excellēcie. que cōsistit in tribꝫ. scdm qd colligit² ex quadam glosa sup Genesim super illo loco. Jn q̄ntitate corpis. racōne cuiꝰ scdm glosam dicitur luminare maius. in claritate luminis rōne cuius scdm ysidorum vocantur soli quasi solus lucens in imensitate virtutis racōne cuiꝰ dicitur scdm Sapientem. pater planetaꝝ. qz virtute eius actiua terra quasi mater planetaꝝ fecundatur. Siliter et xpristus scdm humanitatem assumptam om̄s sanctos celi excellit ī tribus. illis tribus corrn̄dentibus. Primo in q̄ntitate pfectōnis. Sicut enim dicit augꝰ sexto d trinitate. Jn his que mole magna nō sunt hoc est maiꝰ esse qd est meliꝰ esse Unde q̄ntitas molis in sole q̄ntitatem bonitatis et perfectōnis significat in xp̄o rege. vnde Dyonisiꝰ de diuinis nominibꝫ dicit. q sol iste magnus visibilis diuine bonitatis est imago significatiua. Et ideo potest exponi de xp̄o illud Eccl. xxvij. Homo sanctus ī sapientia manet sicut sol. Hō sanctus

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0375
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt